GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, um 1200
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

flagelli habere potuisses. SEQVITVR.
Quid te eleuat cor tuum. & quasi mag
na cogitans. attonitos habere oculos. Se
per iustorum mens ita ad altiora contemplan
da suspenditur. ut exterius eorum faci
es obstupuisse uideat. Sed quia hanc con
templationis suam in occulto agere he
retici ignorant. hoc a iustis & sapienti
bus recta fieri magis per hypocrisin quam
puritatem putant. quia hoc quod ipsi
habere nequeunt. inesse uerace alius
ni suspicant. SEQVITVR. Quid tumet
contra dominum ipsum tuum. ut proferas de ore
tuo huiuscemodi sermones. Plerumque
iusti aliquibus necessitatibus afflicti. sua
opa coguntur fateri. Quod beatus iob fecerat.
quem post iusticiam flagella deprimebat.
Sed cum eorum dicta iniusti audiunt. hec
pelationem potius quam puritate existi
mant. plata. Ex suis enim cordibus uer
ba iustorum pensant. & dici humiliter uera
bona posse non estimant. Sic enim
grauis culpa est sibi hoc hominem arro
gare quod non est. sic plerumque culpa nul
la est si humiliter bonum dicat quod est.
Unde sepe contingit ut iusti & iniusti ha
beant uerba similia. si tamen semper eo
rum longe dissimile. Et ex quibus dictis
dominus ab iniustis offenditur. in eisdem quo
que a iustis placatur. Nam pharisseus ingres
sus templum dicebat. Ieiuno bis in sab
bato. decimas do omnium quae possideo.
Sed iustificatus publicanus magis exi
it quam ille. Ezechias quoque rex cum molestia
corporis afflictus ad extremitatem uite

peruenisset. in oratione compunctus dixit.
Obsecro domine memento queso quomodo am
bulauerim coram te in ueritate. & in cor
de perfecto. Hec tamen hanc confessionem
dominus perfectionis eius despexit aut renuit.
quem in suis moribus precibus exaudiuit.
Ecce pharisseus se iustificauit in opere.
Ezechias autem se iustum asseruit etiam in
cogitatione. dicit. unde ille offendit. in
de iste dominum placauit. Cur itaque hoc in
si quia omnipotens dominus singulorum uerba a cogi
tationibus pensat. & in eius auribus stup
ba non sunt. que humili corde proferun
tur. Unde beatus iob cum sua opa prau
lit contra dominum nullorum tumuit. quia
ea que uerace fecerat humiliter dixit.
Sed solent heretici errorum suorum dictis ue
ra aliqua permiscere. & amici beati iob
quamuis in reprehensione et omnium
fallantur. possunt tamen & que ita uera
dicere. que ex illius assiduitate didi
cerunt. Quorum dicta si omnia refutan
da essent. Elyphaz sententiam paulus
minime protulisset dicens. Apprehendet
sapientes in astucia eorum. Quia & ea
que recta dicunt. contra beatum iob
recte non dicunt. nos in eorum dictis &
calcemus uicium indiscretionis. & dis
cutiamus uires rectitudinis. SEQVITVR.
Quid est homo ut [illegible] immaculatus sit. Eo enim [illegible] ipso quo dicit
homo. terrenus exprimit & infirmus.
Homo enim abhumo appellatur. Et quomodo
ualet esse sine macula. qui sponte sua
ad infirmitatem cecidit factus de tra.